Quisquiliæ Poeticæ,

TYRUNCULIS

In re metrica non inutiles.

Authore JOHANNE TOY,
Scholæ regiæ Vigorn.
Archididascalo.

UNIVERSITY
LIBRARY
CAMBRIDGE

Impensis *Johannis Jones*, Bibliopolæ
Vigorn. Et prostat venale per *J. Martin*, *J. Allestree*, & *T. Dicas*, apud
insigne Campanæ in Cœmeterio *Paulino*. 1662.

CAMBRIDGE
UNIVERSITY
LIBRARY

486:14

Ad *Johannem Johannis Perse-houſe* Armigeri filium, indolis eximiæ ſpeique ſummæ adoleſcentulum.

HAS pro tempore Quiſquilias cape parve patrone,
Venturo ſed enim, Lacheſis quem ſedula curat,
Proxima quem ſperare potentia jam jubet Anglos,
Carolidæ patiens tu Spartam ceſſeris iſtam.
His fruere intereà guttis Heliconidos undæ,
Cæſareæ mecum ſobolis ſpem ſemper adorans.

Spes fallaciſſima rerum.

SÆpe hunc ſpes fruſtratur hiantem,
Hunc ſpes deluſit ovantem,
Sæpiùs huic ſpes impoſuit,
Sæpiùs huic ſpes verba dedit,
Huic os ſublinitur pulchrè.
Naufragium facit in portu,
Sperato hic excidit auro,
Non raro omnia peſsùm —— huic abeunt,
Illis res alitèr cecidit.
Huic aliquando minus ſucceſſit.

Qui maxima ſpirat,
Spes quem blandula lactat,
Quem ſpes inflavit opima,
Spe qui devorat optima certâ.
Qui ſpe fervidus ardet,
Qui ſpe depaſcitur almâ,
Qui ſpe præ reliquis innititur almâ,
Spes quem pavit inanis.

Omnia ſunt ſperanda.

Hunc ſpes alit alma,
Spes arridet ei,
Adblanditur ei ſpes maxima,
Spes allevat iſtum,
Sperat meliora futura,
Spes famulatur ei,
Ejus recreat ſpes aurea mentem,
Hunc ſpes blanda fovet,
Spes refocillat eum.

Qui duris premitur,
Quem demens urget egeſtas,
Jacturam qui fecit acerbam,
Naufragium qui paſſus in alto eſt.
Quem ſqualor, quem vincla tenent,
Qui lecto decumbit anhelus.
Qui credit ſemina terræ,
Qui vincitur compede dura,
Exulat orâ qui patriâ.

Sponde, noxa tibi præsto est.

Immania damna creabit,
Fraudi erit & damno,
Afficiet damnis onerosis,
Pauperiem cumulumque malorum —— adfert,
Promissam est hoc solvere summam,
Cum socio partiri est prædia,
Hoc est se sponte involvere vinclis,
Patrimonia sauciat ampla,
Pœnituit multos graviter,
Pluribus hoc nocuit,
Damnum invehet ingens.

Pro socio obstrinxisse fidem,
Se dare pro consorte vadem.
Pro vicino promittere.
Ad vadimonia garrula currere.
Pro cive, aut fratre vadari.
Alterius vice vas fieri.
Addixisse vadem se alii.
Judice coram se dare prædem.

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Plebs pellitur agris,
Populus luit omnis,
Dat pœnas populus,
Cruciant mala dira popellum,
Vulgus deglubitur insons,
Per populum Bellona tonat,
Curia lex, grex, regna ruunt.
Præbet bello plebecula censum,
Plebs induit arma,
Plebi urbes delentur avitæ,
Pax perit agricolæ,
Miles grassatur ubique.

Si regis deliret acumen.
Obliquum siquid regem trahat.
Si turbas dederit rex.
Si rex insaniat amens.
Si rex ambitione tumescat.
Regem si gloria sæva titillat.
Belli si regem cieat male-suada cupido.
Si rex laxo de fine laborat,
Si Phaeton in curriculo.

Lucri bonus eſt odor ex re quâlibet.

Nummorum ſitis improba cogit,
Amor urget habendi,
Suadet amor lucri,
Juſſit ſpes aurea quæſtûs,
Hortatur lucri male-ſuada cupido,
Mandat ſpes blanda lucelli,
Imperat æris amor,
Præcipit auri ſacra fames,

Hos turpi fœnore paſcere ciſtas,
Procelloſo hunc animam committere ponto.
Tràns pontum mercarier halec,
Illos malè olentes vendere ſcombros.
Nonnullos vivere rapto.
Plures vicatim quærere pannos.
Exercere malas artes.
Hos ſacras tractare dapes.
Inoffenſâ rimari ſtercora nare.
Mechanicorum munus obire.
Pretio perjuria vendere vili.
Coriis operam dare conficiendis.
Plures ſe turpi immergere cœno.
Phui! væ-ſuaves ſiccare cloacas.

Feſtina

Festina lente.

Fuge festinare laborem,
Festinantèr opus properes cave,
Ante suum nihil incipe tempus,
Præcipitare viam noli,
Antè opus exploret mens prævia.
Pedetentim magna moveto,
Rem memori totam complectere mente,
Præproperos inhibeto labores,
Sensim cuncta moveto,
Justam impende moram cœptis,
Cœptis da debita tempora rebus,
Ardua ne raptim molitor,
Auspiciis rem prætentato futuram,
Multâ ave præsentisce futurum.

Ut pede inoffenso pergas.
Ne plantam ad limina lædas.
Ut metâ potiare potitâ.
Ut rem finem benè gesseris usque.
Ne te pœniteat conatus.
Ne principiis malè responsent extrema.
Ne pigeat te prælia nôsse.

Sera minus vita eſt craſtina, vive hodie.

Cras manes, & fabula fias,
Fata tuum penès eſt crâs.
Crâs te Libitina repoſcat,
Quin lux te craſtina fallat,
Lux tua lumina craſtina claudat,
Lux tibi poſthuma cras ſit,
Crâs aliud fruſtra ſperes.
Crâs hoc crâs aliud ſine fine ſequetur,
Crâs hinc te citet immiſerabilis Orcus.

Sapere aude—— incipe.
Luce datâ fruitor.
Olim par vixiſſe fuit.
Huncce diem Muſis Sophiæque dicato.
Præſentibus utitor horis.
Nunc properato opus eſt.
Nùnc nùnc membranam poſcere par eſt.
Jam nunc poſcere cœlo.
Si ſapis utere τῷ νῦν.

Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Si minor est animo tibi copia,
Si desint quæ syrmata mittas,
Si non tripodas, non æra rependere possis,
Missum si non æquâveris aurum,
Si sit tibi cassa crumena,
Si non poteris donis certare sodali,
Si minor officiis socii sis,
Si non sis retribuendo.

At solvere velle solutio justa est.
At gratus data cuncta rependis.
Defectus supplet mens grata crumenæ.
Velis tantumodò solvere, solvis.
Muneribus par est sat grata voluntas.
Velle tuum tua debita deler.
Ex æquo es danti modo gratus.
Gratâ laudabere mente.
Gratus obæratus non est.

Alia ætas alios mores postulat.

Quæ te juvenem decuere ferocem,
Quæ lusisti in limine vitæ,
Quæ prætextatæ placuêre juventæ,
Tibi quæ risere puello,
Primo quæ bacchatus es ævo,
Barbæ quæ sub lanugine ludis,
Quæ te juvêre crepundia parvum,
Quæ balbutisti sub matre puellus;
Quæ quondam tyro patrasti,
Quæ sub ephebis lascivire licebat,

Ævum non capulare decent.
Non itidèm quadrant in tempora cana.
Ævo fas non est imiteris adulto.
Post annos paucos posuisse decebit.
Conveniunt minimè canis.
Fas est ævo provectus omittas.
Verti studia in meliora decebit.
Sumptâ non fiunt convenientèr abollâ.
Togam fas dedidicisse virilem.

Rete non tenditur accipitri neque milvio.

Quadruplatores aurea caverit arca,
Graſſatores timeat, cui multa ſupellex,
Harypias formidet copia major,
Pavitet cenſus ſiquid turbatur opimus,
Saccis inſidiatur Phormio fartis,
Rem lautam delator adhinnit,
Belli pinguiſſima prædſa præda,
Huc fabricas ubi res nitet aurea tendunt,
Corvis ſinit arva-- columbis inſidias ſtruit auceps.

Per naſſas abit Irus.
Tenui dica non impingitur ulli.
Vacuus cantet coràm latrone viator.
Fortunæ medium oſtendat miſer unguem.
Agmina non metuit graſſantia pauper.
Nil recula pauperis horret.
Plus confert aqua turbida Codro.
Securus oberret milvius arva.
Frutices uruntur fulmine raro.
Ridet pauper turbida rerum.

Obſequium amicos, veritas odium parit.

Obſequium tibi conciliabit amicos,
In pretio qui nulli adverſus habetur,
Cede viris, ſic charus eris,
Diſſimula quod ſcis, & amabere,
Gratum ſtudiis parêre protervis,
Comis qui ſtudiis ſe accommodat, audit.
Torrenti cedere tutum eſt.
Laudato alios, laudaberis ipſe,
Os qui nulli lædit, amatur;

Contrahit invidiam parrheſia.
Quò veracior es, tantò invidioſior.
Mordetur, qui crimina carpit.
Aures oderunt vera prophanæ.
Quis non ægre fert ſua furta referri?
Quatiere foràs de corde locutus.
Jumentum calcitrat ulcere tacto.

Pecuniam in loco negligere interdum maximum est lucrum.

Præstat damnis emisse Damonem,
Præstat amicitiæ postponere lucrum,
Præstat jacturâ frena sæva litare,
Præstat Pyladen sibi devincire periclo,
Plus damno demeruisse juvabit emaces,
Proderit hìc & nùnc plùs neglexisse lucrari,
Sic potìus prodest projecisse cuminum.
Plus prodest escas aliquas permittere pisci,
Hoc lucri majoris erit nunc mittere lucrum,
Emptorem satiùs mantisâ inducere.

Omnia quam ad lucrum revocare.
Quam lucra perennia poscere.
Quam lucro insistere soli.
Quam quæstum spectare merum.
Quam retia tendere cunctis.
Quam solum sapuisse lucellum.
Emptorem quam vendere vili.
Numeratis quam ditescere nummis.
Quam fecisse ut migret emax.
Quam semper studuisse lucello.
Apud emptores lucra quam venarier omnes.

Parvi sunt foris arma, nisi sit consilium domi.

Nil refert ærata quot agmina ducis,
Centum conscribere millia frustra est,
Incassum millenis nitere signis,
Educis frustra legiones mille,
Nil acies cataphracta quot explicat agmina refert,
Non arma valent, non pectora fida,
Acies ruet instructissima ferro,
Auspiciis tentas malè bella secundis,
Nequicquàm bella movebis,

Consilii si non audiris habenas.
Si non auscultes cui quattuor aures.
Ni sancti dictata sequare senatûs.
Si non obeas quæ Conscripti sanxêre patres.
Consilium nisi castra gubernet.
Nisi consilium lustraverit arma.
Si non ex diplomate pugnes.
Ni referent consulta viam.
Ni ducat turmas ratio.
Consilium nisi rexerit arma fidele.

Bonis nocet qui malis parcit.

Consulit innocuis malè,
Insontes multat eâdem,
Grassatori pia pectora nudat,
Jugulos aperit gregis albi,
Exponit Jove natos,
Damna piis meditatur atrocia,
Pandit vitiis scelerique feneſtram,
Scelerum dat fræna furori,
Operam dat ut omnia miſceat ille,
Præſidio privat capita optima,

Ad culpas qui connivet atroces.
Veniâ qui crimina donat.
Suppliciis qui non vaga furta coercet.
Qui lenitur clamore reorum.
Qui piger ad pœnas.
Judex facilis veniæque paratus,
Sacro ſontes qui non fulmine ſternit.
Per quem longa crucis ſit feria.
Qui non corvis ſua pabula præbet.

In ſapientem non cadit injuria.

Quæ cadat in ſapientem injuria ?
Fortem quo vulnere figas ?
Quo ſapiens penetrabilis ictu ?
Cui fortanimis ſunt pervia pectora telo ?
Fortunæ quid licet ipſi —— in fortem ?
Exaniment quæ fulmina juſtum ?
Veri quâ ſtringas parte tenacem ?
Quaſſet quæ ſorte phalarica pectus ?
Quæ gemitum juſto pœnarum pompa ciebit ?
Quæ planget tormina martyr ?

Sua ſecum qui omnia portat.
Huic æra roſæ ſunt dira Perilli.
Nullus Anaxarchum tundas.
Exuvias carnis nihil ille moratur.
Roſeus ſunt huic mortaria lectus.
Bona diripias ridebit opinor.
Non eſt mens cælica carcere clauſa.
Exilium non eſt cui patria cœlum.
Frendet Nero, ſydera Martyr
Securus ſpectat, contemplaturque coronas
In flammis mediis.

Rei nulli prodeſt mora niſi iracundiæ.

Sic ſaltem mora languida prodeſt,
Sic pigritiâ laudabere lentâ,
Hoc cuivis liceat pigreſcere pacto,
Mora ſic te juverit omnis,
Sic cuivis lenteſcere detur agendo,
Cuiquam concedo hac mente morari,
Me conſule ſic piger eſto,
Sic mora cedo moræ nectatur,
Hac non aliâ ratione morari eſt,
Mora te ſic illaudata juvabit,

Ut intereà tua detonet ira.
Si ceſſes dum deſæviat œſtrum.
Juſtitiam ſtomacho ſi feceris ægro.
Dederis ſi tempora bili.
Intereà ut præceps tibi frigeat ira.
Si pigreas dum deſpumaverit ira.
Ut rabie raptus percurreris *A. B.*
Dum rapidæ ſpatium interponitur iræ.
Dum te collegeris irâ—— percitus.
Intereà ut candens ſe concoquat ira,
Dum dura injcias retinacla furori.

Inde datæ leges ne fortior omnia poſsit.

Hac proavi ſanxerunt mente ſenatum,
Hìnc latæ legis origo,
Senatus eo ſacra plesbiſcita tulere,
Hoc ſpectant ſacra jura, forumque,
Hìnc faſces patriique curules,
Hìnc quæſtores, & triſte tribunal,
Hìnc furcæ figuntur apricæ,
Hìnc curia, calculus, & ſuffragia,
Hoc leges poſuere animo,

Ne vivatur more ferarum.
Ne vis trahat omnia ſecum.
Ne fortior imperet ægro.
Ne rationis inops violentia regnet.
Ne rationem robora vincant.
Ne gladius dominetur & ira.
Ut bene ſit viduæ, mæſtoque clienti.
Supplicia ut dent juſta latrones.
Ut cuncti cunctâ pace fruamur.
Ut ne qui pollet viribus omnia poſſit.

Minuit culpam pudor, cumulat defensio.

Minuit culpam peccata fateri,
Excusat pœnituisse piacli,
Admissa pudor venialia reddit,
Fassus donabere pace,
Si pudeat, proin culpa facessit,
Si rubeas, ignoscitur error,
Æqua verecundo stat gratia,
Excipit indulgentia fassum,
Tinxerit ora rubor, donabere,
Culpam erubuisse levabit.

Ast auget culpæ quæsisse latebras.
Pejus perfrictâ fronte negare.
Patrocinium malè cæptis addere pejus.
Pejor qui culpam removet causando.
Pejor qui culpam rejicit à se.
Causari hæc, cætera turpe est.
Rarò parcitur inficianti.
Obdura flagra sæva ferenda.
Si supereſt audacia plores.
Ast iterùm peccas purgando.

Cura

Curæ loquuntur leves, ingentes ſtupent.

Curæ quiritantur inanes,
Lachrymæ luctûs tecmeria certa minoris,
Fletu leviuſcula damna litamus,
Quâ non ſub lunâ depluit imber?
Sunt lachrymæ quædam ſolatia damni,
Imminuunt lachrymæ curas,
Per lachrymas dolor egeritur,
Quo luges leviùs lachrymare fluentiùs.

Graviſeſt præcordia cura.
Immani ſaucia cura—— corda ſtupent.
Senſus ingens dolor obruit imos.
Perſtringit ſenſus damni majoris amaror.
Hebetant animum decumana pericla.
Ærumnis cor exantlatur acerbis.
Sævo lapideſcunt corda dolore.
Reddet te Nioben dolor atrox.
Trux agit introrsùm lachrymas dolor.

Laudato ingentia rura, exiguum colito.

Squallent ingentia rura,
Prædia laxa rubis horrent,
Filicem tellus inarata reponet,
Agricolam vaga rura fatigant,
In salebras loca dissita crescunt,
Rura situ mœrent longè sita,
Colubris satyrisque sinuntur— agri porrecti,
Probrum rus immane coloni,
Fesso sylvescunt sacra rura colono,
Maxima rura minùs rident,
Temerè fruticescere vastos—Ingratisque necesse
finas dumescere saltus,
Ruricolæ nimius palivro, vimine ruſco
——— horret ager.

At cultus amœnus agelli est.
Contrà brevia arva nitescunt.
Prædiolum versum est horti instar amœni.
Ruscula cultor amænes.
Curantur benè prædia parva.
Referunt sed ruscula Tempe.
Angulus agricolam commendat.
Parvo Corydon dominatur agello.
Concinnat rus breve cultor.
Paradisi rus breve imago.
Melius Chremes angusta repastinat arva.

Res

Res humanæ circulus.

Surgunt gyrata caduntque,
Vertuntur in orbem,
Mutant ſummaș ſedibus imis,
Diſparent iterúmque vireſcunt,
Per gyrum curſus iterant,
Variis vicibus revoluta moventur,
Fortunam deciès ſenſêre bonamque malamque,
Non conſtant, ſed cyclo rapta rotantur,
Totiès depreſſa reſurgunt,
Denaſcunturque, renaſcunturque viciſsìm.
Intereunt, nec non reparant ſua damna.

Inprimis quæ fixa videntur.
Apicem quæ jam tetigêre ſupremam.
Quæ contrà fortunam tuta videntur.
Quæ ſummâ ſedêre rotâ.
Queis vertex ſublimior aſtris.
Quæ non fata ſuâ potuiſſe movere--- ſede putes.
Quæ fundamento ſtabili quis credere poſſit--niti.
In quæ fortunæ nil credo licere.

Rara avis vir bonus.

Terrarum nusquàm est,
Hunc fœtæ comparo mulæ,
Æthiope est albo monstrum mage,
Nullibi terrarum comparet,
Is nigro similis cygno,
Fluminis accola retrogradi est,
Civis is Utopiæ,
Sub cœlo vix est reperire patenti,
Panomphæus non novit Jupiter illum,
Ter centum deciès mihi millia debet,
Phœnice est rarior ipso,

Qui servat consulta patrum,
Culpæ qui nescius omnis,
Crimine qui vacat omni,
Qui colit ex animo jus, & fas.
Casto qui veneratur numina corde.
Qui jus veneratur & æquum.
Religio est cui lædere quenquam,
Qui mente integra est.
Antiquâ qui virtute fideque est.

Fiat justitia, ruat cœlum.

Ne dubites fontes addicere morti,
Reo ne parcito fratri,
Fulmine corruerint parili proceres populusque,
Æquâ lance reos trutinator,
Meritis expendito causam,
Pariter jus divide cunctis,
Jus tribuas sibi cuique suum.
Divitis ergo judicium fuge constuprari.
Personam tu ne accipias.
Justitiâ causas perpendito cæcâ.
Ne gratia vicerit urnam.

Magnates utcùnque fremunt.
Rabies licet undique gliscat.
Derives odia in te licet horrida.
Ringantur populusque patresque.
Quicquid contrà statuere Quirites.
Murmure regum posthabito plebisque minaci.
Si curia tota reclamet.
Capiti quæcunque pericla minentur.

Finitimi ſtulti nebulonibus.

Haud rarò injuſta capeſſit,
Immunis non eſt ſceleris,
Nulla huic reverentia legum,
E re natâ ſæpè protervit,
Sæpe tenebrio jure vocetur,
Verbero rectius audit,
Stigmatiam de ſtulto ſæpe videre eſt,
Parturit iſte malum qui morio viſus,
De fatuo Corybanta videbis,
Planum ſæpius experiêre.

Deliciæ domini qui morio dictus.
Cui mens & prudentia deſit.
Qui neſcit diſcernere quid fas——quidve neſas.
Iſte in quo deſidero mentem.
Multicolor quem ſtragula veſtit.
Is quicunque mente minùs valet.
Mens cujus cæcutit hebetque.
Qui valet à ratione minùs.
Qui plus barbariem redolet.
Qui ſimplex moribus eſſe videtur.
Ingenio quem ſimplice cenſes.
Arcadicum quem jure voces.
Viginti qui neſcit numerare.

Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci.

Non mediocrem agnoſco poetam,
Macte eſto poeta,
Lemniſcatam laurum meruiſſe fatebor,
Vere eſt Heliconis alumnus,
Huic Linus aſſurgat,
Emeritis aſcribo poetis,
Aonidum ſummos micat inter alumnos,

Intexit qui ſuavia mœſtis.
Qui circum præcordia ludit.
Qui mollit lepidis auſtera decenter.
Perfundit qui tetrica nardo lætitiæ.
Qui ſimul & prodeſſe & delectare laborat.
Qui ſale nigro temperat album.
Lætifico qui ſeria temperat aſtu.
Alloquiis qui edulcat amara refuſis.
Qui ſubtilia mœſta lepore ſerenat.
Venuſinam qui benè calluit artem.
Qui felli mella ſubindè remiſcet.
Qui ſtringit præcordia riſu.
Ludicris qui triſtia mitigat argumenta.
Qui gravibus jocularia miſcet.
Qui dulce interſerit acri,
Qui mulcet amara facetis.

Carendo

Carendo potius quam fruendo noſtra intelligimus bona.

Me noſco fuiſſe beatum,
Quæ ſuperis bona debeo novi,
Hunc dabitur didiciſſe valorem--cujuſcunq; boni,
Sic quanti bona ſunt intelligo tandem,
Sentio tunc quam charus eram diis,
Sentio tunc bona quid ſit habere,
Tunc teneo quid ſit vixiſſe beatè,
Inde exiſtimo vivere quid ſit,
Ratio inde petenda bonorum,

Iſtis cum me ſors privarit amara.
Bona cum quatiant pennas alioque migrârint:
Iſtis cum me ſors viduaverit atra.
Cum fortuna datis ſpoliet me.
Sua dii cum dona repoſcunt.
Bona cum me fata inimica refundere cogant:
Cum lætis rebus non ſponte carendum eſt.
Cum caream patriâque, fociſque.
Cum me lecto morbus defixerit acer.
Cum valedicendum eſt aris.

Ingenuas didiciſſe fideliter artes emollit mores.

Submiſſiùs ille gerit ſe,
Præ grege moribus ille modeſtis,
Ille eſt homines humanior inter,
Ille ſibi minimum tribuit,
De ſe ſentit mitiùs ille,
Is gravidæ ſegeti ſimilis,
Sibi minimum arrogat ille,
Rejicit is tripodem,
Sapit ſubmiſſiùs ille,
Se nil ſcire fatetur,

Multi jugâ qui claruit arte.
Varias qui calluit artes.
Fonte Caballino qui lavit labra.
Qui vetus eſt Muſarum myſta ſacrarum.
Qui toto grege doctior exſtat.
Qui Muſas coluit.
Cui ſumma ſcientia rerum.
Cui cum ſacris commercia maxima Muſis.

Maxima debetur puero reverentia.

Ne natos patris orbita ducat,
Ne geniti monſtrato tramite pergant,
Ne vitiet gula cana puellos,
Ne ducant ſobolem veſtigia patris,
Referat ne facta paterna propago,
Ne nitidis maculam figas,
Ne labem raſa tabella —— contrahat,
Ne ſit tabulas mutare neceſſe.

Filius aſpiciat ſine labe domum.
Attendas pater oro tibi.
Ne te patrem juvet alea pernox.
Peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
Nil viſu fœdum tua lumina tangat.
Ne coràm pueris bacchere Falerno.
Ne lare ſub trepido Polyphemum age.
Vitioſos corrige mores.
Emacula tu teque tuoſque penates.
Sermones dediſce prophanos.
Ne jugi miſce clamore penates.
Ne Bacchanalia vivas.

Hoc habet ambitio, non respicit.

Qui plures ambit honores,
Qui de majoribus usque laborat,
Qui præcedentibus instat,
Hic cui nil nisi summa placent,
Qui non novit ferre parem,
Cui stat superare suprema,
Finem nullum sibi qui præfinit habendi,
Divitias qui quas habet ampliat usque,
Cumulis qui vult majora paratis,
Posito cui mens prolabitur ægra pudore.

Nunquam se comparat inferiori.
Non videt is quot ponè sequuntur.
Deteriore loco quot sunt non respicit.
Nescit quam benè parvo vivere possit.
Nescit quas Veneres casa præbet.
Contentos casulis nescire videtur.
Quot premit importuna fames non cogitat.
Non subit hunc, quot carcere squallent,
Ignorat quot vitam fonte & farre morantur.

Mors certa est, mortis nihil est incertius hora.

Moriere, statutum est,
Fato cessisse necesse est,
Vitæ linquenda est scæna futuris,
Quicquid vivit, tumulabitur olim.
Finem Parcæ sperare dederunt,
Sedem properamus ad unam,
Cunctorum versabitur urna,
Caput nullum Proserpina fugit,
Manes fiemus & umbra,
Omnes una manet nox,
Traijcienda palus semel est Stygis,
Quodque caput Libitina manet,

Cum visum est Lachesi moriere.
Incertum quot messes vivere detur.
Nulli notum quot vixerit annos.
In dubio est vitam quæ finiat hora.
Nescis Lachesis quot proroget horas.
Nescis quando Atropos occet,
Liberum at est Parcis quando moriere.
Quo tempore scire negatur.
In ambiguo est qui sol tua lumina claudat.

De mortuis & abſentibus nil niſi bonum.

Iſtos tutetur gratia concors,
In meliorem de iſtis omnia partem,
Super his aut nil aut optima quæque,
Taxet ſententia mitior illos,
Æquus ſis longéque facillimus illis,
Accipe crimen in hos nullum,
Bibant horum quoque crimina Lethen,

Quos mors, aut ſpatium ſejunxit iniquum,
Qui non coram vel Stygiæ ditionis.
Qui non ſunt poſt funera reſpondendo.
Qui ſunt heu umbræ cinere ulteriores.
Orco quique ſatis fatiſque dedêre.
Qui fato ſunt & funere functi.
In quos Minos arbitria fecit.
Quos dirus Phlegethon Eliziumve tenet.
Qui ſunt æthere caſſi.

Invia virtuti nulla est via.

Opponas hinc inde sudes,
Cincta licet sint mœnia falis,
Objicias licet undique vallos,
Umboni jungatur aëneus umbo,
Sit tota phalanx testudine tecta,
Telorum licet ingruat imber,
Fulminet è contra Bellona,
Campus licèt horreat hastis,
Mors sis, excubias servet,
Inaccessas teneas quantumlibèt arces.

Perrumpet vivida virtus.
Virtutem nihil ista obstacla morantur.
Contrà virtus audentior ibit.
Dura viam virtus aperit sibi.
Instabit vehementiùs inclyta virtus.
Perget virtus interrita Læthi.
Virtus est nusquam passa repulsam.
Virtus premet acrius hostem.
Facile vir fortis arachnia permeat ista.
Stat forti non cedere.

Fuissent

Fuissent multi sapientes, nisi se jam sapere putassent.

Hinc tot sunt scioli,
Hinc crescit numerus Baviorum,
Inde poetastri passim,
Hinc Bavii tot ubique locorum,
Vatum hinc tot origo malorum,
Hinc rarus ôlor, numerosus at anser,
Hinc spurii tot ubique poetæ,
Hinc tot per plateas recitant,
Hinc tot Apollineâ nugantur in arte,

Quod jam se censent esse Soloner.
Quod sibi jam nil deesse putarint.
Quod præsumant se jam noscere cuncta.
Quod totum se credant Helicona bibisse.
Quod se reputent doctos impensiùs olim.
Pernassi quod cis culmina substiterint:
Sibi quod laurum videantur adepti.
Quod credant se post primum sapuisse Minerval.

Telo animus præſtantior omni.

Quæ torta phalarica præſtat,
Quæ baubantur magna baliſtæ,
Quæ jactat acuta machæra,
Crepuit quæ miſſile pilum,
Quæ clanxerit arcus,
Alii quæ poſſunt ariete crebro,
Quæ tormenta tonant,
Valeat quæ fulmen, & ægis,

Strenuus hæc cratere refert.
Hæc ſude tanta poteſt vir ſtrenuus.
Hæc æquabit Cæſar inermis.
His non inferiora fremet mens ſtrenua.
Hæc virtus titione armata valebit.
Hæc totidem virtus imitatur nuda.
Hæc ſaxis mens generoſa repellet.

Forma

Forma bonum fragile eſt.

Sis Helene licèt altera Phylli,
Campaſpen ſpecie ſuperes licet,
Quantumvis ſis ore venuſto,
Quantumvis formæ decor eſto ſerenus,
Eſto tibi nulli forma ſecunda,
Sis Cleopatra licebit,
Invideat licèt ipſa tibi Venus aurea,
Nymphis formoſior eſto,
Ut ut ora roſis nivibuſque coruſcant,

Iſte genarum defloreſcet honos.
Subitis mutabere rugis.
Invidiâ franges ſpeculum.
Senio concedet gratia vultûs.
Sulcabunt rugæ mox ora ſeniles.
Priſco mox ſpoliabere Phylli nitore.
Veneres oris lugebis ademptas.
Frontem tibi arabit ruga ſerenam.

Mollities indigna viro.

Ad inertia pectora ſpectat,
Permitte ſpadonibus & Sybaritis,
Vappæ eſt & nebulonis,
Spurcis finitote cinædis,
Res indigna viro eſt,
Indignum eſt gravitate virili,
Oderit is qui vult vir haberi,
Haud par eſt homini,
Non decet ingenuum,
Animi hoc minimé eſt generoſi,

Faciem fuco violare virilem.
Spirare crocos, & balſama.
Calvari pumice lumbos.
Sapere oſtrea & ova.
Calamiſtro fingere crines.
Trechedipna capeſſere lenta.
Molliter uſque cubare.
Alios aſciſcere crines.
Ceruſſâ pingere vultum.
Curare cutem nihil ampliùs.
Se dedere mollitiei.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

Minimè regit illum tetra libido,
Facilè blando reſponſat amori,
Minùs hunc agitat Venus effera,
Veneris leviorem ſentiet ictum,
Ardebit parciùs ille puellas,
Minùs ille puellas —— deperit,
Hunc fruſtra venare Cupido,
Hunc lapidem leno experietur.

Qui ſe non potuque eſcâque ſaginat.
Nimiâ quicunque vir abſtinet eſcâ.
Parcius ingluviem qui farcit.
Indicit ſibi qui jejunia crebra.
Qui jejuno ventre macebit.
Nimio qui non tumet eſu.
Qui minùs indulget genio.
Qui cœnat olus malvaſque ſalubres.
Qui Maſſica diluit unda.

Qui non ante cavet, post dolebit.

Anteveni nocumenta futura,
Casus prospice mente futuros,
Insidias præcaveris omnes,
Anticipa impendentia damna,
Prætentato salutis iter,
Fugâ damnum præverte sagaci,
Obvius ito malis,
Venturis occurrito noxis,
Præsentiscere disce pericla,

Ne sapias Phryx ferò miselle.
Ne lachrymas lachrymeris inanes.
Vano post ne cruciere dolore.
Incassum ne pòst pectora plangas.
Ne post inopina incommoda plores.
Ne damnis quiriteris onustus.
Malè vel provisa pericula flebis.
Vel malè providisse pericla pigebit.

Ægræ ſumma libri ſolatia mentis.

Tunc repetas dulciſſima pharmaca libros,
Lectis ærumnas falle libellis,
Librorum rimare medelas,
Evolve volumina vatum,
Tempus te ad ſacras conferre Camænas,
Tunc Cicerone frui tempus,
His medicina malis Maro,
Tibi læta propino malagmata vatum.

Cum laris incerti fueris.
Cum careas exul patriâ.
Siqua gravant animum.
Menti cum malè ſit.
Curis ſi ſaucia mens ſit.
Cum te dura premant.
Cum mens ægreſcere cœpit.
Incipias animum cum deſpondere.

Proſperum ſcelus vocatur virtus.

Si partes cecidere piæ.
Patriam ſi conjuratio vincat.
Si Spartacus aut Catilina triumphet.
Si rem bene geſſerit Eunus.
Patria ſi jaceat ſanctuſque ſenatus.
Si reſciderint cœleſtia regna gigantes.
Si rerum potiantur perfida caſtra.

Ne muti, ſic par fuit, inquito.
Cauſâ cecidiſſe fatere ſceleſtos,
Vincat pietas, tua ſint epinicia.
Si ſapis, id quod ſcis neſcis.
Virtuti tribuatur honos.
Victores ſceleratos dicere muſſa.
Dic meritò cecidiſſe latrones.
Dic aderant meliori numina cauſæ.
Adſis ſi ſapias victricibus armis.
Dic vicêre pii, vicêre, triumphent.
Vicit jo pars vicit jo pars ſancta triumphè,
Reſpexiſſe pias partes dic numina.

Res opimæ amicos parant, adverſæ probant.

Innumeros theſaurus conciliabit amicos,
Fælix olla parabit amores,
Dives nuſquam aphilos,
Nummis fæta arca creabit amicos,
Non paucis locuples munitur amicis,
Dives amicitias plures habet,
Præbet amicitias ſors proſpera,

Ex animo quis amavit, diſcis egenus.
Cernis egenus, quis tua, non te—— dilexit.
Quis Pylades, quis Gnatho, docebit egeſtas.
Cum Timone ſcies diſcernere amores.
Larvam percipies cum pauper, amoris.
A falſo fidum dignoſcit egeſtas.
Internoſcis inops ſimulata ſeveris.
Perſonam ſors detrahit indiga.
Irus ſi perſonet, ametve videbis.
Diſcernes pauper quis amat, quis amare videtur.
Pauper, quis cordatus erat, quis hirundo videbis.

Unà cum Minerva movenda eſt manus.

Sua diis impendito thura,
Thure deos, extiſque litato,
Cereri refer annua ſacra,
Implora numina cœli,
Cujâ intererit tu numen adora,
Ab Jove cuncta —— incipe,
Si vis oleas, venerare Minervam,
Opus ingrediens teſtare Tonantem,
Auſpiciis priùs utere,

Aſt incumbito pronus aratris.
Nihilominùs eſt tibi terra movenda.
Aſt clavum ritè guberna.
Aſt auſis impende laborem.
At tu des operam.
At tua ne tu —— munia detrectes.
At tu proque virili nitere cum diis.
At tu caveas viteſque procellas.
At ſtercora ſpargito, cædito vites.

Quæ nocent docent.

Quæ tu rere nociva.
Quæ læsiva salutis cunque videntur.
Quæ tu mala maxima censes.
Quæ vitæ incommoda reris,
Quæ lachrymas civêre caducas,
In te quæ fabricatur pessimus hostis,
Quæ nobis vitam fecere molestam,
Tu mera quæ mala ducis,

Sunt ægræ potius medicamina mentis.
Ingenii vires acuunt.
Lædunt, erudiuntque simul.
Mentis acumine donant.
Retrò docent sapuisse magis.
Efficiunt olim solertior ut sis.
Pandunt ad cœlestia callem.
Menti medicantur inerti.
Cœli faciunt ut numen anheles.
Monent quantum est in rebus inane.

Libri ſupellex optima.

Non ſic ornant tua tecta tapetes,
Non alia eſt tam lauta ſupellex,
Non decorant æquè æra Corinthia tectum,
Æquè ædes non bractea lævis honeſtat,
Non Pariæ pariter decorant tua tecta columnæ,
Non pulvinaria picta perinde coruſcant,
Tantum frivola nulla renident,
Non ſic commendant Phidias Mentorve penates,

Ac veterum libri myſtarum.
Ut dia poemata vatum.
Ut doctorum ſcrinia fida.
Ut Livius ingens.
Ac Cicero, Maro, Flaccus, Homerus.
Ac claſſis ſacra librorum.
Ac carmina ſancta Sibyllæ.
Ac dia cera inarata poeſi.

Nihil charius constat quàm quod precibus emitur.

Quæ poscendo potentes —— aufers,
Quæ rogitando lucraris,
Tibi dona precaria quæ sunt,
Quæ corradis bona supplice linguâ,
Quæ prece dona —— extorques,
Prece quæ bona fortitèr emendicas,
Quæ Marcus, Dama dedisse videtur,
Tibi quæ gratis fluxisse videntur.

Te fœnus singula poscent.
Pretio majore rependes.
Constabunt tibi chariùs emptis.
Æqualia restituisse teneris.
Dama fremet in tanta refundas.
Actum est ni meliora reponas.
Emissis viliùs ista sub hastâ.
Te lucra perfida comminuent.
Pluris constant, quàm quæ publicat hasta.
Aliàs tu plura rogeris.

Dos eſt magna parentum virtus.

Virgo probis oriunda penatibus,
Quæ caſta è caſtis,
Stemmate prognata ingenuo,
Caſti quam progenuere parentes,
Quam recti callem docuere parentes,
Caſto lare nata puella,
Caſtis dotata puella —— moribus,
Fœmina frugi,
Ingenuo ſata ſtemmate virgo,

Eſt conjux ducenda tibi.
Dote eſt locupletior omni.
Non ſine dote venit, licet indotata.
Plus reliquis ea dotis habet.
Dote eſt ditior omni.
Cedat in uxorem potius tibi.
Hanc potiùs ducas uxorem.
Hanc tibi junge maritam.
Hanc elige ſponſam.
Sit thalami conſors.
Hanc tæda ſociato jugali.
Huic eſt dotis abundè.

Patria eſt ubicunque bene eſt.

Hic ſi ſis in honore,
Hic ſi tecto que ciboque juveris,
Si rem bene geſſeris iſthic,
Hic ſi pollebis honore,
Hic ſiquidem ſecurus agas,
Si nihil hic deſit tibi,
Sic ubi non egeas,
Res ubicunque tibi geritur benè,

Sit tibi patria larque tuus.
Hanc ducas patriam.
Hic proprios agnoſce penates.
Proin noli mutare ſolum.
Hic pol requieſcere tutum.
Iſthic fige penates,
Non plùs præbebit regio altera.
Hanc reputes patriam.

Semel insanivimus omnes.

Aliquando ferociit ille,
Illum seduxit male-suada juventus,
Olim hunc dementia cepit,
Hunc rapuit furor olim,
Aliquandò aliquali— succubuit culpæ,
Labe sua non ille caret,
Stultitiam virtuti miscuit olim,
Quondam juvenilia lusit,
Hunc tentavit læta juventus,
Uvescere sæpe solebat,

Socrate qui probior perhibetur.
Qui nunc æquiparat virtute Solonem.
Cui nunc mite Thaletis— ingenium.
Grege qui nunc sanctior omni.
Qui nunc nulli pietate secundus.
Mirâ qui hunc pietate coruscat.
Qui nunc cum Polemone coronas— carpsit.
Sis jam Socratico madeat sermone.

Faxis

Faxis ut libeat quod neceſſe eſt.

In melius mala ſi mutare nequibis,
Si malè declinare pericula poſſis,
Ubi nulla mali fuga,
Hæc ſi mala ferre neceſſe eſt,
Irrefragabile telum ſi premat,
Cum nulla eſt medicina dolori,
Cum vulnus ſanabile non eſt,
Si ſubterfugio, latebriſque carebis,
Si clypeum non eſt telis ægiſve ferendis,
Velis, nolis quodcunque ferendum eſt,

Vultus ſume viriles.
Præ te ferto viri faciem.
Ne freme, ne indignabere fruſtrà.
Fer mente ſecundâ.
Animo æquo ferre juvabit.
Obnube caput, gemuiſſe pudeto.
Sciſſis utere velis.
Iſtac ultro tu velle videtor.
Utere commodiùs.

Nihil simul inventum & perfectum.

olire solent nascentia secla,
eri absolvêre nepotes,
limavêre sequacia secla,
eriùs ad fidam revocantur amussim,
A posigenitis finguntur ad unguem,
Consummavêre minores,
Soboles nos sera dolamus,
Post secula formam —— accipiunt,

Quæ prisca est commenta propago.
Ætas quæ prisca erudiit.
Majorum quæ tradidit ætas.
Quæ rudimenta dedere patres.
Quæ procudit veneranda vetustas.
Quæ prior edidit ætas.
Quæ nos nostri docuere parentes.
Cani quæ conflavere Catones.
Quæ nobis secula prisca propinant.
Quæ Typhis sapuit medicusque Machaon.

Qui ferias gladio ne feriare cave.

Horrebis furias manesque sepultos,
Eccè grues Ibyci,
Dabis & tu sanguine pœnas,
Tu mucrone peribis,
Consulis ipse tuo jugulo malè,
Præmissos placabis sanguine manes,
Satiabere sanguine quondam,
Te poscet vindicta cruorem,

Qui gladio grassare feroci,
Si cordi est tibi bella cruenta ciere,
Humanum qui fuderis ense cruorem,
Qui merito ficarius audis,
Si sitis humani tibi sanguinis,
Si te nobilitent homicidia.

Quanto doctior es, tanto te geras submissius.

Suum non jactat acumen,
Non effert sese,
Sibi nihil arrogat ille,
Minimum tribuit sibi laudis,
Ipsi vix propriæ placuere Camenæ,
Demisso est animo, licet arte potenti,
Submissiùs ille gerit se,
Se nil scire fatetur,
Moribus ille modestis,
Tripodis se non dignatur honore,

Omnes qui calluit artes.
Mystarum maximus Atlas.
Musarum mysta verendus.
Qui lustravit mysteria cuncta.
Qui sophiæ penetralia novit.
Studiis qui floret, & arte.
Multijugâ qui claruit arte.
Qui Musarum sacra celebrat.

Solamen miseris socios habuisse doloris.

Minùs ille dolebit,
Ringitur ille minùs,
Feret æquius omnia damna,
Levius damnis cruciabitur ille,
Placidè sævum fert ille dolorem,
Ærumnas protinùs ille coquit,
Minùs indignabitur ille,
Minùs ille fremet, minus ille tumebit,
Minùs is causabitur astra,

Mala quem communia tangunt.
Qui non solus mala sensit.
Publica quem mala mergunt.
Quem sociæ pressere ruinæ.
Qui doluit commune malum.
Qui socios habuit damni.
Ucalegon si proximus ardet.
Qui mala publica plorat.
Notum qui densa inter funera mæret ademptum.
E medio quem ductus acervo —— solicitat casus.

Meam regat ille salutem,
Nobis erit ille Machaon,
Mihi pharmaca dictet,
Hunc adhibe medicum,
Archiatrum promitto jacenti,
Huic dubiam commendo salutem,
Huic medico me credo jacentem,
Hunc medicum (mihi crede) accersere par est.

Meritò qui sostra popoſcit.
Sub quo convaluere jacentes.
Vires qui citò reddidit ægris.
Qui rerum doctior usu.
Quem cani erudiere capilli.
Curandi quem certa fides commendat.
Qui clinicus audiit olim.
Herbas qui calluit omnes.

Ingens vectigal parsimonia.

ummi reditûs erit instar,
ensus erit tibi non minimus,
t crescant annua, par est,
oc est divitias cumulare volentis,
ntererit nummosus si fieri vis,
d opes certissima semita,
ar dives si fieri vis,
t granaria crescant —— vestra velis,

Quæsitis parcere rebus.
Parcere partis.
Partis frugaliter uti.
Dare legibus alvum.
Assiduis incumbere aratris.
Interdùm genium fraudare procacem.
Congestis parsisse bonis.
Minima in pretio sestertia habere.
Denario incubuisse minuto.
Fixa luto si non transcenderis æra.
Relliquias seponere cœnæ.

Fortes creantur fortibus.

Naſcuntur nani nanis,
Pumiliones pumilionibus orti,
Pygmæos ſoboles Pygmæa ſequetur,
Spurcos alvus ſpurca creabit,
Ignavi proles ignava parentis,
Progenie ſata turpia turpi,
Reſpondent geniti genitoribus,

Aſt aquilas aquilæ generant.
Scipio Scipiadas genuit.
Cæſar at alter——hæres Cæſaribus.
E regione boni patris bona proles.
E contrà fortes fortia pectora gignunt.
Columbarum reddunt ova columbas.
Fortes ſemper avos fortes retulere nepotes.
Heroibus editus heros.

Magiſtrarerum experientia.

Mihi per mare Typhis is eſto,
Fauſtè regit ille carinam,
Æquoreæ dux eſto viæ mihi,
Palinurus carbaſa ventis-- eſto daturo,
Illo duce ſolve phaſelum,
Hoc nauclero ventos atque æquora ſpernas,
Naufragium illo non rectore timebis,
Optato portu potiere ſub illo.

Cui maris experientia conſtat.
Propriùs qui Cycladas horruit ipſe.
Sæpius undoſo qui palluit æquore.
Qui maris eſt expertus atroces-læpè minas.
Jacturâ qui mare ſæpe litavit.
Iratis navem qui rexit ſæpius undis.
Qui ſcit quid cogitat humidus Auſter.
Qui novit quid faſcia quæque minatur.
Qui novit quid peccet Japyx.

Rege incolumi mens omnibus una;
Amiſſo rupere fidem.

De fatis ſalvo Cæſare nemo queratur,
Pax Cæſare ſceptra tenente,
Sunt otia principe pinguia ſalvo,
Rege unanimis plebs tota ſub uno,
Præſtat tutus tuta omnia Cæſar,
Jacet Ilion Hectore cæſo.
Dum rex eſt ſalvo crepitat concordia nido.

Inter regna tonant.
Rapto Cæſare regnat Erinnys.
Turba throno vacuo miſcetur.
Regum ſub juſta licentia regnat.
Cæſaris eclipſi regna laborant.
Principe denato naſcuntur jurgia.
Plebs rege ſimul requieque carebit.
Regum mors turba popelli.
Regum exequiis ſed regna laborant.
Partes & ſtudia æmula regum-- poſt obitus.

Naturam expellas furca licet uſque recurret.

Quod teneris inolevit ab annis,
Quod inſevit natura cuique,
Quod debes utero,
Quod primo cum lacte bibiſti,
Quod turpe patrizas,
In quod propendet natura proterva,
Quæ primis innata fuere medullis,
Jam pridem trita quod orbita monſtrat,

Monitis averruncare nequibis.
Præceptis necquicquam abolere labores.
Cultura refingere neſcit,
Nulla (heu) ſolertia vincat.
In melius mutare negatum eſt.
Si turbes ad priſca recurret.
Correxiſſe nefas.
Incaſſum renovare labores.
Eradicable non eſt.

Sceptris forma potentior.

Trepidant gentes edicta tyranni,
Satrapæ ſacra ſceptra verentur,
Supplicitèr regem plebs ſuſpicit,
Horrent ſceptra tonantia gentes,
Mundum terror regius afflat,
Regum apices plebs triſtis adorat,
Præſtringunt oculos diademata plebis,

Sceptris Venus imperat ipſis.
Nymphas mirantur ſceptra venuſtas.
Majeſtas aurea cedit amori.
Blandæ ſuccumbit purpura formæ.
Vincunt calathi victricia ſceptra.
Nymphas faſces tremuere ſuperbi.
Imperium eſt ſcorti diademata in ipſa.
Romanis ducibus Cleopatra potentior.

Inter arma silent leges.

Inter mæsta tonitrua belli,
Dum sævit Bellona per urbes,
Dum vibraverit ægida Pallas,
Dum dubiis Mars errat in armis,
Trucis inter fulmina belli,
Rabies dum civica gliscit,
Populus dum seditione laborat,
Tympana dum lituique strepunt,
Donec debellaveris hostem,
Gentes dum miscet Enyo,
Dum collidit discordia gentes,

Rostra silebunt.
Triste erit undique justitium.
Causidici jus dicere mussant.
Lites secat ensis fulmineus.
Syllanæ tabulæ pro jure foroque.
Justitiæ manus est unius inermis.
Cui curæ est quid curia mandat ?
De legibus actum est.
Terras Astræa relinquit.

Tanti eris aliis quanti tibi fueris.

Si potes omnia ferre,
Si præbes os ferienti,
Scommate si morsus taceas,
Si nullus sit læsi sensus honoris,
Sannis si liceat grassarier in te,
Proprium si non tueris honorem,
Si te quivis lædat inultus,
Si te neglexeris ipsum,
In re lauta tibi si sordescit amictus,
Parcior in sumptu si sis faciendo,
Si tibi vilescas,

Demissi pœnas animi dabis.
Oppedet tibi tressis agaso.
Pueris ludibria debes.
Multâ calcabere plantâ.
Undique calcem —— accipies.
Ut sepes pressa jacebis.
Verba parata & verbera tali.
Perminget te quisque balatro.
Tanto te cuncti dignabuntur honore,

Divitum perſonata felicitas.

Gallinæne hic filius albæ?
Hunc propter nummos rere beatum?
Iſtumne beas ſeſtertia propter?
Hic fælix oſtrum propter, & aurum?
Cræſumne beabis Olympo?
Hunc ob facies mirare minutas-- inciſas æri?
Nummatum bene ſolum numen amavit?

Detrahe perſonam, miſer eſt.
Aſt ejus comedunt præcordia curæ.
Aſt eſt vultur jecur ejus opimum.
Hic ſomniat aurea tantum.
At foſſori lætior eſt mens.
At fures timet inſidiaſque latronum.
Aſt noctes agit inſomnis.
At morbis mortique obnoxius idem.
At quid ſi quatiat pennas fortuna?
A laqueari cum dependeat enſis.

Non eſt jocandum cum ſanctis.

Parcius illa jocator,
Ne narres inter pocula,
Nemo auſit dicteria ſtringere in illa,
Abſque tremore nefas ea dicere,
Ne cantilles ebrius illa,
Inter Græcandum taceas ea,
Ea ne narrato jocunde.

Quæ ſacra ſunt ſuperis,
Quæ ſpectant ad delubra deorum.
Quæ ſibi vult virtus, naturaque mater.
Quibus aurea regum-- majeſtas læſa eſt.
Quæ de adytis dicenda ſacroque tonitru.
Quæ tibi biblia ſacra propinat.
Quæ Phæbi cortina refudit.

Honores mutant mores.

Plateis ſe jam arduus infert,
Dives mollia crura reponit,
Quin nunc prænomine gaudet,
Jam Marco Damæ aſſurgere par eſt,
Læna coli jam coccina poſtulat ejus,
Jam (ſi diis placet) audit eques,
Ipſe bea quem Parca beavit,
Jam ſtatuas tu pone potenti,
Divitiis jam flectas genua potito,
Jam Jovis hìc affinis adora.

Cui quondam comes ibas.
Cui latus heſternâ claudebas luce.
Quo non in tenui re comior alter.
Cui tu nuper ab arcanis.
Quocum cœnæ & communia pocula quondam.
Quo quondam ſis uſus amico.
Qui lætatus heri eſt ſocio te.
Edit heri qui tecum ſectile porrum,
Qui nuper veſtrâ conche tumebat.
Qui nihilo te ditior olim.
Qui quondam tecum vervecis labra comedit.

Corporis figura tacita qualis sit homo, indicat.

Videas tecmeria mentis in ore,
Os hominem prodit,
Cordis pellucent arcana per ora,
Animum deprendas interprete vultu,
Innuit os quid corda volutant,
Vultus mentis imago,
Præ se fert facies quid corda capessunt,
Nil opus indice linguâ.
Non opus est ad pectora clathris,
Bolide non opus est scitandis sensibus imis,

Diffundit frontem mens lætior intus.
Mens corrugat tempora tristis,
Facies igneſcit ab ira,
Pallet quisque timore.
Pumiceos videas erronis ocellos.
Frons perfricta Gnathoni.
Rides Dave dolosùm.
Vafro caperantur tempora rugis.
Venerem nam lubrica lumina produnt.
Mens invida lippit.

Si nihil velis timere, metuas omnia.

Trepida, dubita, circumſpice cuncta,
Inſidias lætis rebus ineſſe puta,
Lætis damnoſa ſubeſſe timeto,
Fortunæ diffidito blandæ,
Rebus ne nitere lætis,
Mala res inter meditator opimas,
Animo mala jam luſtrato futura,
In rebus mala commentare ſecundis,
Proſpice, ſuſpice quæ contingere poſſunt,

Ut ruitura feras, fugiaſve pericla.
Ne te peſſundent incommoda cæca.
Ut tibi ſit, quando ingruat imber, aſylum.
Innatet ut tua cymba vado.
Ne te premat improviſa procella,
Ne te rapiant inopina ſupinum.
Ne capiare dolo imprudens.
Sic tibi nulla nocebit hyems.

Commune vitium inique objicias ſingulis.

Recte non opprobraveris uni,
Non recte vitio dabitur Cajove Titove,
Non mihi, non illi tribuas,
Ne culpam transfer in hunc vel in illum,
Nemo recte exprobrat ulli,
Huic, alii nemo imputet illud,
His, illis parcius objeciſſe decebit,
Hunc ne cauſere vel illum,

Quod totum deliquerit agmen.
Male quod reſpublica geſſit.
Quod male proſpiciunt dux atque ſenatus.
Quod cuncta phalanx peccaverit.
Quod tota cohors retrò ceſſit.
Quod noſtrum fuderit Hannibal agmen.
Pariter quod ſpectat ad omnes.
Quod flagrent fulmine templa.
Quod plebem annona gementem deficiat.

Benevolus animus maxima cognatio.

Frater germanus habetor,
Fratrum ſeriei totius inſtar,
Sanguis tuus ille paterque,
Hunc patrem matremque ſaluta,
Tibi plus prodeſt abavis ataviſque,
Toto eſt ſtemmate major,
Illum in fratris habeto loco,
Pios inter eum numerato propinquos,
Affines vincet pietate patremque,

Is dulcem quem ſortiris amicum,
Ex animo tibi qui bene vult,
Qui te habet eximium,
Philtrum quem tibi conciliavit amoris,
Quem magnes tibi junxit amoris.
Quem morum paritas aſcivit amicum.
Qui vult & non vult eadem.

Turpe ſenilis amor.

Suavia jam capulo vicine capeſſis ?
Senio cæcus petis oſcula ?
Affectas Tithone Hymenæos ?
Sarcophago propior vis ducere ?
Catulis demens ſub funera ?
Calve procare ambiſque puellas ?
Vitâ decurſâ nymphæ depoſcis amores ?
Agitas moriturus amores ?
Rumbula pruris ?

Quî ſenio confecte patrabis ?
Tua nymphæ nauſea tuſſis.
Quî pulchris placeas tu lippus ocellis !
Rugas ridebit amata ſeniles.
Lumina cum rubeant tibi luſca catarrhis.
Mollis nubetne puella ſepulchro ?
Canitiem triſtem hanc horrebit amata.
Tuos Libitina interpellabit amores.

Cum fuemis Romæ, Romano vivito more.

Paræcis moriger eſto,
Ritus atque habitus condiſce locorum,
Leges cole gentis ubique,
Patrios imiteris ubique colores,
Vivendum ex lege locorum,
Lex regioque ſequenda,
Periæcos indue mores.
Mores indigetum retuliſſe juvabit,
Sequitor tu quod probat hoſpita tellus,
Te ſtudiis addicito gentis,
Incolumem via publica ducet,
Cum Naſone Getiza.

Seu Bajas, ſeu proficiſcere Romam.
Seu viſum eſt figere Cumis —— ſeu ſedem Gabiis.
Terrarum quocunque migraris.
Ubicunque hyemare videtur.
Mutare ſolum quicunque parabis.
Cum degas alio ſub ſole perægrè,
Antictthonas inter Hyperboreoſve.
Seu Romæ ſeu Tibure vivas.
Seu Thebas ſeu demigraris Hypæpas.
Si contingat adire Corinthum.

Senem

enem erudire & mortuum curare idem eſt.

Quæ trajecta Styge liberet herba ?
Quæ buſtis vitam Panacæa redonet ?
Quæ fato functos medicina reducat ?
Prodeſt non ipſa ſepultis —— Ambroſia,
Manes non ulla ciebit —— antidotus,
Nil Jaſo poſt fata poteſt.
Nil pharmaca proſunt æthere caſſis.
Per medicos quis Virbius alter ?
Hoc opus eſt revocare cadaver ab orco.

Ars neque canos erudit annos.
Quæ pueros doceat ſolertia canos ?
Fruſtra qui nil meminere monebis.
Socrate quis ſapuit tutore vietus?
Omni culturâ dementia major.
Scæva ſenum deliria Plato —— quis regat ?
Incaſſum mille Magiſtros-dementi admoveas.

Vectigal ingens parſimonia.

Parcere partis,
Partis frugaliter uti,
Quæſitis parſiſſe bonis,
Dare legibus alvum,
Aſſiduis incumbere aratris,
Nocte incudem tutudiſſe dieque,
Interdum genium fraudâſſe procacem,

N

Ad opes certiſſima ſemita ſummas.
Quemvis ditabit abunde.
Ad honorem ducit equeſtrem.
Ut creſcat opella momento.
Summi reditus erit inſtar.
Rem tenuem plerumque ſaginat.
Vectigal opimat —— cuilibet.
Si velles annua creſcere par eſt.

Fata regunt homines.

Syderibus debes & Olympo,
Acceptum refer aſtris,
Auſpiciis tribuas natalibus,
Parcarum hæc cura tuarum,
Hoc Lacheſis tibi præſtat alumna,
Hanc legem poſuit tibi ſedula Clotho,
Iſtud tibi fata dedere,
Horoſcopus olim——— præſenſit,

Quod fias è paupere dives,
Quod mutes aliquando ſceptra ligone,
Quod fias è rhetore conſul,
Naufragium quod vites Cycladas inter,
E Marte flagranti—— quod redeas ſoſpes,
Vitâ quod bene vel ſecius tibi ceſſit in omni,
Olim olitor quod poſtea regna tueris.

Lynceu

Lynceus & Argus multus ſub malo rege.

Migrato tyrannide cæptâ,
Fuge, convaſa, dominante tyranno,
Si rugit rex, quære latebras,
Fugito, ſi Flavius imperet, urbem,
Quid dicas aut cui, cave rege Nerone,
Sub ſævis linguam compeſce tyrannis,
Sub rege malo circumſpice, muſſa.
Fugam, ſi rex fremat, orna,
Verte ſolum Tryzo jam regna tenente.

Tunc nullus ſine fraude ſuſurrus.
Tunc omnis lachryma crimen.
Bove tunc mugire timebis in ære.
Tunc Corycæis omnia plena.
In crimen veniet pietas tua.
Tunc charus qui nomina defert.
Palphurius tunc quo non in limine ?
Innocuùm riſiſſe nocebit.
Digitum exere, peccas.
Tunc funeſtat cuncta ſatelles.
Lictor tunc inſidiatur ubique.
Tunc aucupat emiſſarius omnia.
Tunc capitale eſt prædixiſſe procellam.
De nimboſo vera loqui tunc triſte piaclum.

Dulce bellum inexpertis.

Spe velis ſpolium præſumit opimum,
Bella indicere tyro Geſtit,
Tyrones in prælia raptat adorea,
Neoptolemus crepat oppida capta,
Humero arma novitius aptat, —— ſpe plenus,
Mera ſpirat tyro trophæa,
Lætus lateri tyro alligat enſem,
Poſſis tyro mero depingere Trojam,
Spe plenus bella capeſſis,
Ante tubam quis non montes ſomniat auri,

Aſt conſtabit ſanguine bellum.
At excutient tibi claſſica ſomnos.
Aſt anceps alea belli.
Aſt ploret fractus membra labore.
Aſt ſub Jove pernoctare neceſſe eſt.
At ſudabis & algebis.
At te mors circumvolat atra.
At fera caſtra fames comitatur.
At neſcit ſe vincla manere.
At fors ex acie mancus mutilusque redibis.
At fors cæſus corvis præda jacebis.

Proprium est stultitiæ aliorum vitia cernere, oblivisci suorum.

Qui crimina propria nescis,
Ignoscis qui tibi multa,
Qui parcis propriis erroribus, ohe!
Qui cæcutis tua circa crimina,
Ad tua qui me vis lippire piacla,
Culpæ veniam qui poscis atroci,

Hic cur tam cernis acutùm?
Cur ad mea crimina Lynceus?
Cur hic oculatior Argo?
Cur hic mediocria carpis?
Nigrum cur mihi Theta minaris?
A tergo cur tua mantica pendet?
Cur in jus me sæve vocas?

Qualis vita, finis ita.

Siccâ quis cecidit latro morte?
Perimit mors dira tyrannos,
Crux fures Tartara mittet,
Fures captat Adraſtia funę,
In laqueum vafer incidet olim;
Manes patitur ſceleratus atroces,
Indeploratus Catilina jacebit,
Non ſiccâ deſcendit morte Cethegus,
Aliquando luet temeratas Clodius aras.

Accumbit ſuperum menſis Cato.
Daphnis miratur Olympum.
Patet ſanctis animabus Olympus.
Brutus at Elyſiis jam veſcitur auris.
Amat otia cælica Cæſar.
Extento vivet Proculę jus ævo.
Neſcit Deciorum gloria finem.
Claret poſt funera Brutus.
Purpureo nectar bibit ore Menæceus.

Tempus edax rerum.

Faſtigia cœlo —— æquata,
Pyramidum miracla ſuperba,
Væ grandi mole Coloſſum,
Immania Mauſolæa,
E duro marmore mœnia freta,
Aſtris æmula mœnia ſacris,
Urbes marmoreas operumque laborem,
Pario arces marmore ſtructas,

Imminuit damnoſa dies.
Dilapidat ſeries aliquanta dierum.
Paucorum ordo dierum —— exæquat terræ.
Diruit invidioſa vetuſtas.
Diſparere dies provecta coegit.
In rudus olim verterit ætas.
Dicas poſt aliquando fuiſſe.
Cana vetuſtas —— proſternit.
Proles numeroſa dierum —— delebit.
Rurſus aratra manent.

Omnia perversas possunt corrumpere mentes.

Adeò scelerum affines sumus omnes,
In tantum natura accommoda furtis,
Tam præceps ad mores natura scelestos,
Sic est ingenium proclive ad pessima,
Animus tam pravus ad omnem-- nequitiam,
Mens ita propendet mala ad omnia,
Tam facilè culpæ succumbimus omnes,
Sic rapit imperiosa libido,
Tam facilis descensus Averni,
Ita naturâ propensior omnis ad omne est scelus,
Tam blanda est vitiorum semita,
Sic fascinat ægra voluptas-- cor hominum,

Ut Bacchum plures venerentur, nemo Dianam.
Ut hunc lucri spes vilis inesset.
Sequimur quocunque vocarint —— illecebræ.
Quem non auri species irritet hiantem?
Ut justum de tramite flectat -- spes nummi.
Ut faciat quævis occasio furem.
Obtorto collo Venus abripit.
Ut spes auri irretiat omnes.

Alter fementem facit, alter metit.

Hic cum bellum profligaverit omne,
Hic cum debellaverit hoſtem,
Hic hoſtem cum fregit atrocem,
Hic cum fudit Marte phalanges,
Hic hoſtis laceravit opes,
Hic hoſtem Marte fatigat,
Comminuit vires hic hoſtis anheli,

Potitur tamen ille triumpho.
Cedit honos alii.
Perfida laurea frontem--- alterius redimit.
Hic bello fruitur.
Hunc laurus honeſtat.
Palmam præripit alter.
Hunc transfuga palma coronat.
Rettulit alter opima.

Fortuna multis nimium dedit, nulli satis.

Hunc numen inaurat,
Sors hunc opibus cumulavit opimis,
Sors obtigit aurea multis,
Fluit huic Pactolus & illi,
Hunc fors locupletat amica,
Huic pleno est copia cornu,
His rerum suppetit usus abunde,
Hunc divitiis fortuna saginat,
Ruat aureus imber——— in gremium,

At quis dixerit, ohe!
At semper nescio quid deest.
At nemo satur est.
At fors nullum saturavit amica.
At nullum explevit fortuna benigna.
At quæ fortuna satisdedit ulli?
At quis non inhiat majoribus ultra?
At quis gremium non pandit avarum?
Nemo supersedit quæstu tamen.

Veritas

Veritas temporis filia.

Olim quæ nox nigra texit,
Quæ puteo jacuere profundo,
Quæ diſparent co-operta tenebris,
Quæ caveâ defoſſa ſilenti,
Quæ latuerunt ſecla priora,
Quæ deſignas fretus nocte fideli,
Quæ clam graſſabere cunctis,
Quæ facis arbitris tu ſpurca remotis,
Quæ nullo teſte piacla patraſti,
Quæ nunc altâ caligine merſa,
Tacitæ quæ credis furta Lavernæ.

Invitâ invidiâ poſt ſecla reſurgent.
Tandem ſurgent in luminis auras.
Famâ poſt ſpargentur ubique.
Sera dies patefecit.
Rumorum ventus diſſlaverit olim.
Cimmeriæ non ſemper celavere tenebræ.
Tandem cognoſcet triſte tribunal.

Qui pergit dicere quæ vult, ea quæ non vult audiet.

Qui linguæ dat fræna protervæ,
Qui naſo ſocios ſuſpendit adunco,
In cives qui dicteria torquet,
Petulanti ſplene cachinno,
Deriſor ad omnes,
Alios qui ſcommate tangit,
Qui linguæ jaculo petulante ſagittat,
Qui me ſarcaſmis lædit amaris,
Qui me perfundit aceto,
Qui mordaci me flamine ſtringit,
Mihi qui medios oſtenderit ungues,
In me qui cornua tollit,

Idem nigro dente petetur.
Pariter referire licebit eundem.
Provocat Archilochum,
Non impunè laceſſit.
Sopitum ſuſcitat anguem.
Irritat reſpondere paratum.
Idem ridebitur olim.
Plures ronchos audiet idem.
Quondam mordaces patietur Jambos.

Amare & ſapere vix diis conceditur.

Mugivit Jupiter ipſe,
Pan induit hircum,
Paſtorem perſonavit Apollo,
Serviit Alcides,
Nevit Sardanapalus,
Natavit cæcâ nocte Leander,
Sandalium patitur Jove natus — Alcides,
Luſit Flamineus terrore Quiritum,
Phario quin cingitur enſe triumvir.

Petulantis pellicis ergo.
Minor meretrice proterva.
Petulanti pellice captus.
Ut tranquillet pellicis ora.
Tempeſtiviùs ut procet.
Blandæ ut gratetur amicæ.
A ſæva victus meretrice.
Scorti incenſus amore.
Uſque adeo imperioſus amor.

Est natura hominum novitatis avida.

Operi quis non favet incipienti,
Insuetarum spectacula dulcia rerum,
In cæptis validissima fama,
Ad nova conveniunt omnes,
Concurrimus ad nova cuncti,
Novitas gratissima cunctis,
Novus optimus induperator,
Vicibus lætamur ad unum—— omnes,

Sub lecto trita jacebit aluta.
Sordent nata prioribus annis.
Vilescit quicquid spectavimus olim.
Obrepunt tædia partis.
Noti gratia tota senescit.
Notæ inamarescunt epulæ.
Compos init voti nova vota.
In pretio præsentia non sunt.
Adeo mentem nihil expleat ægram.

Uno modo naſcimur, multis morimur.

Partus via ſimplex,
Eſt pariter genetrix quævis enixa puellos,
Unica porta puerperii,
Pariter quæque puerpera mater fit,
Ritu rex grex naſcitur uno,
Tendimus ex utero pariter,
Omnes olim materno ſanguine rubri,
Vitæ porta unica, limen & unum,
Juxta in luminis auras —— venimus.

Aſt hunc ad Tartara toxica mittunt.
At corvos paſcit cruciarius alter.
Hunc laqueo confecit Parca ligato.
Hic ſuffocatur in undis.
Hunc afflavit triſte tonitru.
Hic crapulâ perit, ille maebærâ.
Hic Tarpeiâ deijcietur ab arce.
Hunc rapit arida febris.
Necat illum tuſſis anhela.

Diluculo ſurgere ſaluberrimum eſt.

Summo ſurgere mane,
Penſum mane capeſſere primo,
Cum Tithono diſcuſſiſſe ſoporem,
Sole orto rumpere ſomnos,
Albeſcente die ſtudiis incumbere,
Cum mane rubeſcat Olympus—— ſurgere,
Primâ lecto valedicere luce,
Sub tenebroſa crepuſcula lucis--ſomno expergiſci,

Par, ut te maneat rediviva ſenectus:
Via prima ſalutis.
Solet fulcire ſalutem.
Pancratico te robore firmet.
Morbos depellet inertes.
Tuſſim defendet anhelam.
Vegetæ par eſt habitudinis ut ſis.
Par eſt ut longum vixeris ævum.
Diu ſi vis ſupereſſe neceſſe eſt.

Fames optimum condimentum.

Vix masticare videtur,
Huic recte panis sapit ater,
Ejus respondent cuncta palato,
Quælibet huic movet esca salivam,
Jucundè furfura mordet,
Huic quælibet offula pulpamentum,
Huic malvæ sapiunt quod turdus & hædus,
Omnia bellè isti condita videntur,

Quem præceps obsidet hostis.
Qui genio indicit jejunia crebra.
Placuit cui cænula frugi.
Qui spatiando famem obsonat.
Justo macerat qui membra labore.
Esurie stimulante.
Stomacho latrante (quod ajunt.)
Qui fraudavit heri genium.

Optimum augurium ratio.

Nil curo quid occinat ales —— lævus,
Nil moror exta minacia, flamen,
Tantum eſt pulline bibant comedantve,
Tegulis de decidat anguis,
Pro libitu mihi præcinat oſcen,
Sedeant examina ſignis,
Quæ vult cantaverit auſpex,
Nil quo poſitu ſint aſtra laboro,
Cornix quid garriat improba, ſuſque-- deq; habeo,
Quid Phæbi cortina minatur —— negligo,
Haud curæ eſt quid parra prophetica garrit,

Noſtri eſto ratio Cynoſura negoti.
Sequar quo jus æquúmque vocarint.
Audio quæ dictat mens conſcia recti.
Quò virtus juſſit eundum eſt.
Relligio quæ ſuaſit agenda capeſſam.
Eſto conſilium ratio mihi futilis inſtar-augurii.
Utar ratione Laterna.
Rerum eſto mearum —— una Helice ratio.

Turpe est in extremo actu deficere.

Nullus prælia musses,
Potius stertas inglorius intus,
Sedisses humili solertius antro,
Non attrectasses certamina dura,
Cessisses heroibus ultrò,
Ceratis cur tentas aera pennis?
Cur collimaveris ardua cæptis —— impar?
Cur majora pusillis —— viribus aggrederis?
Cur promôras è carcere currum?
Cur credis carbasa ventis?
Cur oculus collineat alta?

In medio metuens subsistere cursu.
Cum cis metam metuas trahere alvum.
Timens cis metas ilia ducere lassa.
Cum metuas circa postrema labare.
Si dubites attingere calcem.
Si dubitâris ut potiaris arenâ —— optatâ.
Miserum est in portu perdere navem.

Quæ quis ruminat ante patrandum,
Quæ quis mente recoxit,
Ex longo quæ sapis intervallo,
Animo quæ sæpe retractas,
Quæ versas mente fideli,
Quæ sæpe iterabis agenda,
Quæ sedulo tecum cæpta volutas,
Quæ volvis tecumque revolvis,
Non unis quæ moliris agenda — auspiciis,

Respondent melius sub fine laborum,
Melius succedere speres.
Speres optato fine potiri.
Ad optatam poteris perducere metam.
Cum diis aggrediere secundis.
Deo molire favente.
Semper fortuna secundat.
Dextro pede conficis illa.
Spem non frustrantur agentis.

Quos perdere vult Jupiter, hos dementat prius.

Si dabit olim—— in laqueum,
Vitiis dat frænos ante nefandis,
Is numeros omnes prius impietatis adimplet,
Furiis prius exagitatur & irâ—— præcipiti,
Sævum prius experietur Erinnyn,
Prius hunc dementant ſydera,
Prius huic obrepit acedia vecors,
Vitium præceps is fertur in omne,
Prius audet—— dignum aliquid Gyarâ
Hominem ſummôrunt ſydera mente,
Virtuti prius ille renuntiat omni.

Qui peſſum eſt abiturus.
Quem pœnas numina poſcunt.
Cui vitam invidit Parca maligna.
Cui ſuccenſent numina læva.
Cui buccas Jupiter inflat—— ambas iratus.
Quem dii damnavere piacli.
Sævius in quem dii ſtatuêre.
Quem ſervas infenſa Diana.
Qui diis naſcitur iratis.

Nulla dies ſine linea.

Totum ſtudiis intendit acumen,
Incumbit ſtudiis vehementius altis,
Ille hoc ſemper aget,
Nil non movet ille,
Jugi curâ ſtudioque ſeneſcet,
Illi ſtat pergere ſemper,
Ille dies rite æſtimat omnes,

Cui laurea præmia rident,
Cui ſocios præcedere cordi eſt.
Quem gloria lactat.
Turbæ qui cedere nollet.
Qui ſtudiorum captat honores.
Elogii quem ducit amor.
Quem dulcis gloria raptat.
Qui non vult inglorius eſſe.

Tyro vir bonus.

Primo mancipium tibi frugi erit anno,
Musarum novus incola frugi est,
Nullus non tyro modestus,
Verna recens bene cuncta ministrat,
Novus advena captat amores,
Vili vendet novus institor empta ——— Caro,
Primo horruit æquora vector,
Tyro non arrogat otia Fescennina,

Ast durant tempora mentes.
At menti obducunt tempora callum.
Obrepit fraus serior annis.
Ponit paulo post tyro roborem.
Frugi antè, Pseudolus olim.
Davus turbas aliquando daturus.
Veteranus navita fulmina temnet.
Spoliant veterani templa deorum.
Sequiores tempora reddent.

Illi litem credo patrono,
Illum tibi præsto patronum,
Causam orabit fæliciùs ille,
Tibi si sapis ille peroret,
Tua jurgia defer ad illum,
Causæ sit cognitor ille tuæ,
Dubiam vitem defenderit ille,

Olim qui novit triste tribunal,
Reis qui sæpiùs adfuit atris,
Patronum qui sæpius egit,
Cui cognita jura forumque,
Quem sportula crebra secuta est,
Servavit qui sæpe clientes.

In vino veritas.

Cum vino præcordia fervent,
Cum verax aperit præcordia Liber,
Multo cum cratere madeſcis,
Cum cerebro tormenta admôrit Iacchus,
Cum môrit curas corde Lyæus,
Cum mentem temulentia merſit,
Cum curas diluis (Evohe) Baccho,
Vino cum temulentior ardes,
Uveſce meraco,

Rimarum plenior ollâ es —— pertuſâ.
Ut in hunc animatus & illum- appareat.
Gliſcit quam quis celaverit ira.
Recrudeſcit ſubitò ſopita ſimultas.
Væ, queis ſtomachatus es olim.
Ultro animi ſecreta recludes.
Eructas diſcrimine nullo--- quæ ſatius ſiluiſſe.
Omnis quæ tu ſcis ſciet omnia Roma.

Invidia onus graviſsimum.

Humeros minus Ætna gravabit,
Mare nil, nil tellus tota graveſcit,
Nullius aeriæ ſunt ponderis Alpes,
Valles leviùs premit Appeninus,
Molliter incubuit grave Pelion Oſſæ,
Talitra ſunt mala cætera.
Cætera ne facienda incommoda nauci,
Aſſis ne mala cætera pendas,
Solum levitèr premit arduus Atlas,
Cætera damna feras leviùs,
Levior plumâ eſt Ephialtes,

Invidiæ præut opprimit omen.
Præut invidiæ lugubre gravamen.
Livor præut urit acerbus.
Livoris præ dente nigro.
Vitam præut oſor acerbat.
Præut peſſundedit ambitus omnes.
Invidiæ ut ſubſtes metuo.

Probitas

Probitas laudatur & alget.

Bene gesta popellus--- excipiet plausu,
Plebs quod recte facis omnis adorat,
Manu pulcher laudabere tantùm,
Vince hostes, epinicia pangent,
Cæsareas adipiscere laudes,
Ter sis emeritus miles, præconia fient,
Facta Herculis æques, mirantur,
Æquipares virtute Catonem--- laus præsto est,
Imitare Codrum, celebrabere tantùm,
Bene pro merito statuas tibi ponent.

At nemo cibo tectoque juvabit.
Algebis tamen & lamentere relictus.
De proprio nemo dabit esurienti.
Getas abeas Istrumque nivalem.
Esurias numerosos inter amicos.
Quis victum præbebit egeno ?
Nemo magis te impertiet escâ.
Ad cœnam nemo vocabit.

Solitudo mater innocentiæ.

Rarò labitur ille,
Vitiorum immunior ille,
Vitæ maculas fugit ille prophanas,
Raro illecebris obnoxius ille,
Crimen rarius ille subibit,
Liberior reliquis à crimine solus,
Non vitæ integrior alter,
Extra noxam quis magis illo,
Vacat omni crimine fælix,
Culpâ non alienior alter,
Vitiorum labe carebit,
Animi fælicior ille,

Proprias intèr qui delitet ædes.
Qui regum palatia fugit.
Quicunque forensia jurgia vitat,
Qui se raro populari immiscuit auræ,
Domi cui complacuere Camenæ.
Exercet bobus qui rura paternis.
Cui chara cui domus optima.
Orbis cui sua mænia totius instar.

Nimia

Nimia familiaritas parit contemptum.

Tui cunctis si copia fiat,
Paulo affabilior esto,
Nimium es si comis ad omnes,
Si cicur & mansuetus haberis,
Si te discrimine nullo —— ille hic conveniat,
Si paritèr dignabere cunctos,
Omni si bile vacabis,
Minus asper consuetudine si sis,
Si tibi quisque latus claudat,
Si comitum est electio nulla,
Facilem si præbes omnibus aurem,
Si te misces cerdonibus,
Hâc vel in illâ si te quæro propinâ,
Quærendus fornice si sis,

Majestas perit omnis.
De fama & fascibus actum est.
Tua gloria spreta jacebit.
Te non dignabitur Irus honore.
Contemneris ubique misselle.
Plebs eris, Aule.
Nulla erit omnino ratio splendoris aviti.

Felix

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Facilè prævertitur impendentia damna,
In portu navigat ille,
Littus tutius ille legit,
Vada fortiter occupat ille,
Ducet inoffenso pede vitam,
E tutâ turre tumultus despiciet secli,
Aget otia pinguia turbas ——— inter,
Fælici nascitur astro,
Huic lævis munitaque semita vitæ,
Propriis involvet se virtutibus ipsum,

Omen ab exemplis qui sibi sumit.
Cui provisa pericula porrò.
Qui sibi cautus iter præmunit eundum.
Qui vitat quod comiti male vertit.
Cautus alius —— qui damnis fruitur.
Doctus naufragiis æquora qui timuit.
Qui fugit id peccare, quod obstitit illi.
Quem mala vicini docuere reverti.
Foveas qui cautior horret-- quæ reliquos hausere.

Omnes

Omnes cum valemus, recta consilia ægrotis damus.

Sic qui valet, increpat ægros,
Cur lusa est alea pernox ?
Non iterasses pocula tanta :
Cur pernoctabas in nive demens ?
Veneri nimis indulsisti,
Ejà malùm, vino abstinuisses —— & crapulâ,
Clysteribus utere porro,
Cur non accipis endromidem ?
Alieno mense natasti,
Cur brachia nudas ?
Disces quanti est porro valere,
Indulges lachrymis nimis,
Ne desponde, te concute, spera,
Scorti quin obliviscere blandi,
Ejà febre calens quota pocula siccas !

Sic respondeat æger,
At febricitans tu pocula quæres.
Quin tu febre gemes iticèm.
Læsâ quin tu plorabis amicâ.
Obdura sodes tu captus amore.
Quin tu si poteris cave singula sanus.
Quin tu te vinclis exime captus.
Quin prius hæc consulta dedisses.

Dies

Dies brevis, opus multum.

Vitæ ſumma brevis,
Subeunt morbi triſtiſque ſenectus,
Nos ſubitò rapit inclementia mortis,
Paucos poſt caneſcimus annos,
A cunis protinùs ingruit ægra ſenectus,
Nunc vegeti, paulo inde vieti,
Mortis cuilibet imminet hora,
Cunas inter ſacrophagumque--- quantillum eſt ſpatii!
Quam rapide decurrunt tempora vitæ!
Vitæ veſper adeſt,
Datam cito fata repoſcunt nos vitam:

Aſt ars multijuga eſt,
At pueros immenſa volumina poſcunt.
Scibilium numerus numeroſior aſtris.
Aſt diſcenda imitandaque multa.
Series ſed & exantlanda laborum.
Temporis at quota pars donanda Camænis?
At lux hiſtoriis debetur longa legendis,
Temporis at quantum morum cultura requirit!
At vix ſapimus poſt luſtra dicata Camænis.

Qui nescit dissimulare, nescit vivere.

Officiis grassere necesse est,
Frontem præ te fer amicam,
Arridentibus arrisisse juvabit,
Stes capite obstipo,
Quod scis dissimula,
Affectus damno mussare memento,
Te damno gratare petenti,
Quod scis si sapis, aulice, nescis,
Assentire potentibus ultrò,
Torrentem ne dirige brachia contra,

Si vis regibus uti.
Regum ut sis tutus in aulâ.
Ne te summoverit aulâ —— æmulus.
Ut superis sis charus, & ostro.
Ut magnis potiaris amicis.
Si curaveris esse —— regum à consiliis,
Si cupis usque placere tyrannis.

Senectus ipſa morbus.

Malis fieri tibi funera, quam te,
Styx merus eſt Acheronque,
Vitalis vitane viſa eſt?
Nonne mori ſatius, quam ——
Hoccine non ægreſcere cenſes?
Vivere ne hoc eſt?
Antefero functum eſſe rogo, quàm ——
Nonne hoc læthum jure vocare eſt,

Semper ſperare ſepulchrum?
Dediſcere quæ didiciſti?
Cornicines vix exaudire canoros?
Uxori ſupereſſe pudicæ?
Omnes urnâ compoſuiſſe propinquos?
Natorum ducere funus?
Greſſus firmare bacillo?
Mente capi?
Limine vix potuiſſe pedem proferre?
Cepiſſe cibos digitis alienis?
Ceſſiſſe Zopyron omne medullis?
Ad delicias torpere palatum?

Terra quævis alit artificem.

Mentora si sapias,
Phidiacam bene si mens calleat artem,
Si citharâ cantas quod Arion,
Pingendo si polles quod Apelles,
Parrhasiii miram si noveris artem,
Ingenii si laude coruſces,
Si Naſo ſis ſimiliſve Naſoni,
Si pluſve minuſve Zeuxide pingas,
Miles pugnax & ſtrenuus eſto,
Si noris poſuiſſe deos,

I pede fauſto.
I quò tua te fortuna vocarit.
Longinquos viſe Gelonos.
Ne dubites inviſere Parthos.
Ne Thracas adire veretor.
Ars te paſcet ubique locorum.
Getas inter fatuos alimonia præſto.
Lare te dignabitur ultima Thule:
Præbebunt alimenta-- domumque-- quocunque erraris.
Nil quo naufragium facias in littore refert.
Toto te laus orbe manebit.

Coagulum

Coagulum amicitiæ convivium.

Jungit, junctos & servat amicos,
Cœptas auget amicitias,
Amorum cœptos nutriet ignes,
Ille hujus conciliabit amorem,
Consuit incepti (mihi crede) hoc fœdus amoris,
Firmat amicitias veteres,
Consortum fœdera sancit.
Glutinat hoc cœptosque redintegrat ignes,
Inter se devincit amicos,
Hoc certiùs arctat amores.

Sæpiculè sociâ gaudere paropside.
Consortis amica tueri—— lumina.
Non raro epulis accumbere amici.
Lingere cum sapiente salem.
Cœnas agitare modesto— colloquio,
Cum doctis epularier unà.
Communia sumere fercula.
Super dapibus recitare Maronem.
Prandere reciproca fercula sæpe.
Sub ædibus iisdem—— sæpe comessari.
Sociales sumere cœnas.

Comes

Comes litis & æris alieni miseria.

Cur viso lictore pavescit ?
Cur rubuit præsente danistâ ?
Anguem num calcaverit iste ?
Toties cur frontem perfricat iste ?
Cur toties latitat, fugit, orat, flagitat iste ?
Præ reliquis digito cur iste notatur ?
Cur major supplicat ille minori ?
Solum cur vertere cogitat ille ?

Ære ah obrutus est alieno.
Juris non est iste sui miser, ejà nec æris.
Ah æratus homo est.
Non est solvendo.
Contraxit grande æs alienum.
Non exiit ære alieno.
Alieno vir demergitur ære.
Æs alienum non numeravit.
Dica maxima scribitur illi.
Ne se trahat in jus creditor horret.
Huic in loculis ne gobio restat.

Malè parta malè dilabuntur.

Per faſque nefaſque parata,
Fraude & fænore partâ parentis,
Injuſtè quod quis congerit auri,
Quod avus tumulavit avarus,
Per vim cumulata dolumque,
Diis iratis quod quis condidit auri,
Quæ malè quis quæſiverit olim,
Quod quis lucratur iniquè,

Olim decoquet hæres.
Spurciſſimus helluo perdet.
Diſcinctus Natta profundet.
Dilapidabit Apicius olim.
Hæres manet helluo.
Nepos rediget male ſanus ad aſſem.
Spurci minuent quandoque nepotes
Hæres dabit ingluviei.

Semper tibi proximus esto.

Sociis partiri parce tuam rem,
Sponde parciùs omni—— pro socio,
Cænas raras partire sodali,
Fac sumptum parciùs umbris,
Præfer amicitiæ te cuilibet ipsum,
Plano nulli fis præda monebo,
Quæ spectant ad rem circunspice primùm,
Minus æs miserere petentum,

Si vis esse aliquis,
Vilem ne redigaris ad assem.
Uxor ne ploret amica.
Ne venalia prædia dicas.
Ne perdas post omnia naulum.
Ne culpet tua te proles.
Expensis ut subsistent prædia.
Ne denique clausus carcere plores.
Ne commissa luat tua fera propago.

Imperat aut servit collecta pecunia cuique.

Si ditaris abunde,
Si locuples fias,
Aut stipe mendicos escâque juvabis,
Aut vinclis captos eximis auro,
Hospitium multus tibi debuit Irus,
Aut lautius excipis umbras,
Aut pannoso largire poetæ,
Aut ponis nova templa Jovi,
Mollitèr aut genium curas,
Aut pascis vernas, cænasque paropside,
Te dotem præbente locatur libera virgo.

Aut cænabis tibi soli.
Aut vili perjuria vendes.
Aut cistas fœnore pasces.
Aut charum defodis aurum.
Aut nolis naulum præbere Charonti.
Aut alienas certas vincere cistas.
Aut fato Tantale, vivis egeno.
Aut cita mors medicinæ — præfertur pretio.
Aut justâ genius fraudabitur escâ.

Simulata

Simulata ſanctitas duplex iniquitas.

Specie tenus eſſe Catonem,
Specie pietatis fallere pulchrâ,
Virtutis peccare ſub umbrâ,
Cultum ſimulare deorum,
Sub vittâ laſcivire ſeverâ,
Tantum pulchra minari,
Virtutis fallere fuco,
Pravis obtendere relligionem,
Curios ſimulâſſe modeſtos,
Sub pullo cevere cucullo,
Tantum ſanctum velle videri,
Herculeis invadere turpia verbis,
Obducta nefandis inſula culpis,

Mala duplicat auſa.
Patratum geminat crimen.
Ampliat impia cœpta.
Male quod committitur auget.
Scelus aggravat omne.
Cumulat (mihi crede) reatum.
Te duplicem poſcet pœnam.
Infenſam Nemeſin duplo magis invenit.

Bene olet qui nihil olet.

Ut quid odoribus istis — das operam?
Quorsum tibi thura cremantur?
Ut quid oles casiam?
Ut quid oles unguenta crocumque?
Ut quid pastillis utere stulte?
Quid stacten redolere laboras?
Ut quid olent diapasmata crines?
Quorsum tibi vestis odora?
Quorsum suffis pallia mosco?

Num fætet anhelitus oris?
Numnam hircus in alis?
Pedorem ut aromata vincant?
Ut reverentiùs ausis pedere coràm?
Hæc feli munera debes.
Da menti quæ placeant non naribus unis.
Prodidit olim — proscriptum perceptus odor.
Periturus se Hannibal unxit.
Fac tua fundat odorem fama benignum.

Nemo

Nemo sine crimine vivit.

In Venerem proclivior ille,
Fòrs ambitione laborat,
Deditior Baecho est cyathisque prophanis,
Iram præcipitem compescere nescit,
Illius interdum delirat acumen,
Therfite aliquando est stultior ipso,
Aliquando ferocit,
Designat quandoque scelus,

E meliore luto quem numina finxu
Reliquos is longo qui præit intervallo
Toto grege cui divinior est mens.
Qui nil mortale sapisse videtur.
Qui quâque est Coryphæus in arte,
Ad maxima qui collineat ausa.
Artes penitus qui callet, & arma.
A consiliis qui regibus esse meretur.
Quicunque Catone Catonior extat.

FINIS.